



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

Dom. 4 post Pascha. Vado ad eum qui misit me.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

2. *respondit. Ego demonium non habeo.* 2. *Consi-
dera, si Christus propriam gloriam non quæsit,
quanto minus tu debeas. Fac ergo omnia in Dei
gloriam, & tunc Deus etiam honorificabit te.
Unde vides quantum peccent, qui honoris sui
cupidi, minimam etiam injuriam vindicare non
dubitant sanguine suo.*

PUNCTUM III.

1. *Immortalitas servato Dei sermone.* 1. *SI quis sermonem meum servaverit, non
gustabit mortem in æternum.* Considera
hanc promissionem esse ejus, qui mentiri &
fallere non potest; & quidem de vita spiritua-
li animæ. Vide quantum Dei beneficium sit,
in æternum non solum vivere, sed felicissime
vivere, talique cogitatione te obfirma, ne ser-
monem Dei unquam sciens transgrediare.

DOMINICA IV. POST PASCHA.

Vado ad eum qui misit me.

Joan. 16.

PUNCTUM PRIMUM.

1. *Patientiæ præmium.* 1. *Dixit Jesus discipulis. Expedi vobis ut
ego vadam ad Patrem. Si enim non abiero,
Paracletus non veniet ad vos.* Considera Chri-
stum prænunciare gloriosam suam Ascensionem
in cælum, & Spiritus sancti, post eam missio-
nem, nempe visibili forma, & pleniore abun-
dantia, ut disceres, sicut ille post passionem glo-
rioso corpore & anima ascendit in cælum æter-
na

na

na felicitate cum Sanctis ibi fruiturus : sic te , si sanctè vixeris, & pro Christo multa passus fueris, corpore & anima assumendum in cœlum.

2. Ut accipias magnam gratiam Spiritus sancti, debere te animum abstrahere à lacte materno, hoc est consolationibus spiritualibus, quas solet Deus initio conversionis tironi concedere, & parare te ad desolationum crucem ferendam, ideo enim Christus discipulis carnalem præsentiam suam subtraxit, ut Spiritus sancti gratia, qua cum gaudio etiam dura ferrent, fruerentur.

2.
Spiritus sanctus quibus datur.

PUNCTUM II.

1. Spiritus sanctus arguet mundum de peccato, justitia & iudicio. Considera, hoc fuisse signum adventus Spiritus sancti in Apostolos, quod cum antè timidi essent, & ad vocem ancillæ cum Petro terrentur, metu omni remoto Christum prædicarint, & mundum, id est, malos homines audacter arguerint: Primò de peccatis, quod converti nollent. Secundò de justitia, quòd crederent quidem, sed vitam non agerent sanctam. Tertio de iudicio, quia in nulla re facilius peccant homines quam temerè judicando de aliis. Unde Christus. *Nolite judicare & non indicabimini.* Cogita in te quoque fore Spiritum Dei, si mundum de his argueris,

1.
Arguet mundum de peccato, justitia, iudicio.

Luc. 6. 37.

ris,

PUN-

2.
Homo
bori
compa-
atus.

1.
ona o-
era ne-
ffania.

2.
orde
ro.
es 4.

PUNCTUM III.

1.
Dei bo-
nitas.

1. **A**dhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Considera Dei bonitatem non plura nobis imponentis, quàm ferre possimus, & ad captum omnium se accommodantis: quod non facit caro & mundus, plura sæpe exigens à suis, quàm portare queant. 2. Cogita quamvis multum nobis profecisse sæpe videamur, tamen multa adhuc deesse. 3. Quanti te faciat Christus, quod non solùm seipsum totum, id est, corpus, animam & sanguinem, sed etiam Spiritum sanctum suum promittat, mansurum tecum in æternum, ne erres, vel labaris.

3.
Profusa
Dei libe-
ralitas.

DOM. POST ASCENSIONEM.

Cùm venerit Paracletus.

Joan. 15. 16.

PUNCTUM PRIMUM.

1.
Spiritus
S. acce-
pti notæ.

1. **D**ixit Jesus discipulis: Cùm venerit Paracletus Spiritus veritatis qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis quia ab initio mecum estis. Considera inde constare te, vel alium Spiritum Dei habere, si nempe sit paracletus, id est, consolator afflictorum, verbóque & opere misericordiæ viscera miseris ostendat. 2. Si veritatis ita sit amans, ut etiam mendacia jocosa